



Per.
Lat
020

Prodit Budapesti, I. Lipótmezei-út 6. decies in anno.
Pretium praesolvendi annum 4 tinnuli 80 filleri.

Megjelenik Budapesten, I. Lipótmezei-út 6. tízszer
egy évben. Előfizetési ára évi 4 Pengő 80 fillér.


Eugenius Rákosi,

quem luget mutilata sed redintegranda patria.

Summa Eugenii Rákosi merita,¹ ob quae nunc per totam Hungariam laudatur atque lugetur,² horum quidem novissimorum sunt annorum³: attamen et praedecessi vitae eius gradus, per quos in tantam altitudinem ascenderat, valde digni sunt, qui paucis collustrentur.

Natus est Eugenius Rákosi in pago Acsád in comitatu Castriferrensi⁴ anno 1842. die 12. mensis Novembris. Studiis gymnasialibus intermissis per tres annos in dominiis⁵ Lengyeltóthiensi atque Öreglakiensi res oeconomicas⁶ exercebat; interdum vero etiam literis cum prospero successu operam dabat.

Anno 1863. migrat Pestum, ubi hortante



Ioanne Héricis-Tóth absolvit non solum studium gymnasii, sed etiam iura. Recipiuntur et scripta eius cum favore,⁷ comodia «Aesopus» cum applausu.⁸ Fit cooperatore⁹ in componendo *Diario*¹⁰ *Pestino* Sigismundi Kemény. Anno denique 1869. membrum¹¹ ordinarium adscitur *Societati Kisfaludyanae*. Inter 1875. et 1881. per sex annos felicissime novum regit¹² *Theatrum Populare*.

Anno 1881. fundat ephemeridem sic inscriptam

1 legfőbb érdemei 2 gyászolják 3 a legutóbbi évekből valók 4 Vas-megyében 5 uradalmakban 6 gazdasággal foglalkozott 7 kedvezően 8 nagy elismeréssel 9 munkatárs 10 Pésti Napló 11 rendes tagjává választatik 12 igazgatja az új Népszínházat.

Budapestina Nunciorum Folia,¹³ quibus deinde ultra quadraginta annos ipse praestitit supremi constructoris¹⁴ munere fungens. Curant foveantque ista folia ipso moliente¹⁵ semper studia¹⁶ gentica, nobiles intermediae¹⁷ Hungarorum classis traditiones, puritatem linguae Hungaricae.

Anno 1885. prodit in scenam¹⁸ clarissima eius tragoedia inscripta *Andreas et Iohanna*. Anno 1892. inter membra *Academiae scientiarum Hungaricae* deligitur. Anno 1902. membrum fit superioris¹⁹ legislatorum domus. Sub turpissima denique dictatura proletariorum (1919.) etiam ipse inter civilis ordinis vades²⁰ in captivitate tenetur.

Istae sunt praecipuae stationes vitae Eugenii Rákosi; labores autem eius, quibus intervalla replentur, sunt fere quotidianae rerum publicarum²¹ in actis²² diurnis commentationes²³ quarum quis nervus,²⁴ quis tenor²⁵ fuerit, vel maxime elucet e titulo, sub quo prima selectarum

eius commentationum collectio prodiit, scilicet «*Pro Hungaritate*».

Mutatis post collapsum²⁶ bellum mundi temporibus, mutatis etiam propriarum rerum vicibus,²⁶ Eugenius Rákosi veteribus suis armis, scilicet penna et prelo,²⁷ et quamquam in alio organo, in *Pestinis* nempe *Nunciorum Foliis*,²⁸ in veteri tamen pugnarum campo, in actis diurnis dux evasit novi certaminis contra fatale pactum *Trianonense*.

Senex iste super octogesimum iam agens vitae annos nullam novit quietem, nullum otium. Eminentes, quas assecutus erat, positiones suggestum²⁹ sibi fecit, ex quo iniuriam *Trianonensem* urbi et orbi proclamaret; rostra,³⁰ ex quibus ami-

¹³ Bp. Hirlap ¹⁴ főszerkesztő ¹⁵ az ő erőfeszítésével ¹⁶ a nemzeti törekvéseket ¹⁷ a m. középosztály nemes hagyományait ¹⁸ színre kerül ¹⁹ a főrendiház tagjává lesz ²⁰ a polgári rend túsza között ²¹ közügyi cikkek ²² a napilapokban ²³ vezéreszműjük ²⁴ tartalmuk ²⁵ a világháború összeomlása után ²⁶ magánügyeinek helyzete ²⁷ sajtóval ²⁸ a P. Hirlapban ²⁹ emelvénné ³⁰ szószékké.



Cingarus in fovea¹ lupis capiendis.

(*Fabula ex ore populi.*)

Cingarus quidam fidicen² multa³ nocte ex pago vicino domum se conferebat. Itineris abbreviandi causa reliquit viam, quique per silvam ducebat, tramitem⁴ sequebatur. At in tenebris aberravit et incidit in foveam lupis capiendis.

Ah, quantus terror miserum invasit, cum in fovea etiam ininivissimum socium, lupum magnum animadvertisset frendentem⁵ dentibus. Vesanus metu arripuit fides⁶ atque voce⁷ nervisque,⁸ in quantum potuit, canere coepit. Placuerintne modi⁹ lupo, an non: quis discernere¹⁰ possit? Id unum certum

est, lupum cingaro non nocuisse,¹¹ sed fascinat¹² cantu cum cingaro certatim¹³ ululasse.

Tragicomica erat ista concertatio¹⁴ in fidicinendo atque ululando; nam ubi cingarus fidibus canere destitit,¹⁵ lupus statim dentibus frendere coepit, talesque faciebat motus, ac qui cingarum dilacerare parabat. Cingarus itaque volens-nolens per totam noctem canebat lupo fidibus. Ad sonum chordarum et ad fratris ululatum complures lupi circum foveam congregati sunt, qui deinde una cum duobus inferis¹⁶ crudelem fecerunt ululatum. Miserrimus noster cingarus paene mente¹⁷ captus est in fovea. Adeo desperatus plectro¹⁸ chordas fidium serrabat,¹⁹ ut iam duae scissae sint.

¹ a farkasveremben ² muzsikás ³ késő éjjel ⁴ a gyalogösvényt követte ⁵ fogait csikorgató ⁶ hegedűjét ⁷ dalolni ⁸ hegedűlni ⁹ a dallam ¹⁰ eldönteni ¹¹ nem bántotta ¹² megigézve a zenétől ¹³ versenyt üvöltött ¹⁴ ez a hangverseny ¹⁵ abbahagyta a hegedülést ¹⁶ a két földalattival ¹⁷ majd megtévelyodott ¹⁸ a vonóval ¹⁹ fűrészelte a hegedű húrjait.

cos hostesque de iuribus gentis Hungaricae convinceret; cathedram,³⁰ ex qua summa sua auctoritate mundi conscientiam vexaret.³¹

Evolvit³² Eugenius Rákosi vexillum *revisionis*, id est recensendi³³ pacti Trianoniensis; paravit Hungaris auxilia³⁴ externa, folia diurna Rothermerii; reconciliavit nobis amicum potentissimum, ducem Itatorum Mussolinium: animos viresque ad perficiendum opus nos ipsi praestare³⁵ debemus.

Mortuus est Eugenius Rákosi; fecimus ei iusta³⁶ cum universae gentis luctu: at numen³⁷ eius non requiescet, prius quam resurrectam reviderit Hungariam.

³¹ felrázza ³² kibontotta a... zászlóját ³³ felülbírálásának ³⁴ segédcapokat ³⁵ szolgáltatni ³⁶ megadtuk neki a végtisztességet ³⁷ az ő szelleme.

¹ renyhe—serény ² meddig? ³ figyeld meg ⁴ bár ha nincs is ⁵ szerez ⁶ gyűjt aratáskor ⁷ sokbeszédű—hallgatag ⁸ nem fog hiányzani ⁹ mérsékeli ajkait ¹⁰ meggondolatlan ¹¹ káros következményeit ¹² ha befogja száját.

Advenit tandem lux diei. Luporum ululatu adducti advenerunt et venatores. Glan-
dibus²⁰ icti perierunt lupi. Liberatus est e
fovea excruciatu²¹ homo symphoniacus.

Fugit dehinc miser detestatam illam sil-
vam, sed nequit fugere vexantium²² huius-
modi ludibria: ²³ Tune lupi cingarus? Tune
lupi fidicen? Quanti lupo cecinisti? Cane
cantilenam lupi! Tune lupo cecinisti, an
lupus tibi? Quando in caupona²⁴ lupi con-
cines? etc.

Convertit Iosephus Albrecht
disc. V. cl.

²⁰ puskagolyóktól találva ²¹ a meggyötört muzsikus
²² a kötekedőknek ²³ efféle évelődéseit ²⁴ mikor fogsz
a farkas csárdájában muzsikálni?

Duo proverbia.

Magis sapit domi panis niger, quam in
terris exteris albus.

Mendacem facilius consequeris, quam
canem claudum.

Convertit Bela Nagy
disc. III. cl.

EX ARCHIVO RELIGIOSO

Sententiae ex libro proverbiorum.

F) *Piger—Sedulus.*¹

(VI. 9.) Usquequo² piger dormies? Quando
consurges e somno tuo?

(VI. 6.) Vade ad formicam, o piger, et consi-
dera³ vias eius, et disce sapientiam: (7.) quae
cum⁴ non habeat ducem, nec praeceptorem,
nec principem, (8.) parat⁵ in aestate cibum
sibi et congregat⁶ in messe, quod comedat.

G) *Multiloquus—Tacitus.*⁷

(X. 19.) In multiloquio non deerit⁸ pecca-
tum: qui autem moderatur⁹ labia sua, pru-
dentissimus est.

(XIII. 3.) Qui custodit os suum, custodit
animam suam: qui autem inconsideratus¹⁰
est ad loquendum, sentiet mala.¹¹

(XVII. 28.) Stultus quoque, si tacuerit,
sapiens reputabitur: et si compresserit¹²
labia sua, intelligens.

Ursus, vulpes et passeret. (*Fabula ex
ore populi.*) Dum ursus captivus, ad delec-
tandos homines saltare doctus, in terra
peregrina vagatur, passeret¹ supra introi-
tum eius antri nidum² fecerunt. Vulpes,
quam ad id tempus ursus custodem antri
conduxerat,³ admonebat quidem passeret,
ut alibi sibi nidum facerent: passeret vero
non paruerunt ei.

Cum denique ursus e peregrinatione aufu-
gisset⁴ domumque revertisset, occurrit ei vul-
pes narravitque antrum a miseris⁵ passeribus
occupatum esse. Ursus vulpem custodem
pessimam coarguit,⁶ quae indigna sit mer-
cede pacta.⁷

Cum ita ursus intrare vult in antrum
suum, incipit passera⁸ ad passerem: «Pulli⁹
nostri esurire videntur.»

«Da eis carnem ursinam!» — ait ille.

¹ a verebek ² fészket raktak ³ barlangjának őréül
fogadott fel ⁴ a vándorlásból elmenekült ⁵ nyomorult
⁶ korholta ⁷ a kikötött bérre ⁸ rákezd a veréb-
anya ⁹ a mi fiókáink, úgy látszik, éhesek.

H) *Superbus—Humilis*.¹³

(XI. 2.) Ubi fuerit superbia, ibi erit et contumelia:¹⁴ ubi aulem est humilitas, ibi et sapientia.

(XXVII. 1. 2.) Ne gloriaris¹⁵ in crastinum, ignorans,¹⁶ quid superventura pariat¹⁷ dies. — Laudet te alienus,¹⁸ et non os tuum; extraneus,¹⁹ et non labia tua.

I) *Detestabilia*.²⁰

(VI. 16., 17., 18., 19.) Sex sunt, quae odit Dominus, et septimum detestatur anima eius:

a/ Oculos sublimes,²¹ b/ linguam mendacem, c/ manus effundentes innoxium²² sanguinem, d/ cor machinans cogitationes pessimis, e/ pedes veloces²³ ad currendum in malum, f/ proferentem mendacia, testem fallacem, g/ et eum, qui seminat inter fratres discordias.²⁴

¹³ kevély — alázatos ¹⁴ szégyen és gyalázat ¹⁵ ne dicsekedjél (holnapra) előre ¹⁶ azt sem tudva ¹⁷ mit fog hozni ¹⁸ az idegen ¹⁹ a házon kívüli ²⁰ kárhazatos dolgok ²¹ fennhéjázó ²² az ártatlan vért ontó kezeket ²³ a gonosztevésre gyorsan futó lábakat ²⁴ aki viszálykodások magvát hinti el.

«Nullam habemus. Omnis iam absumta¹⁰ est» — replicat passera.

«Nihil¹¹ est! Statim habebimus recentem. Vulpes mihi pollicita est, se pomeridie ursum huc adducturam esse; hunc statim mactabimus¹² eiusque carne pullos nostros esurientes satiabimus.¹³»

Haec passer. Quae ubi pulli audiverunt, omnes magno gaudio pipire¹⁴ et strepere coeperunt. Ursus vero et passeris verba et pullorum strepitum audiens, iratus valde perterritusque simul, alapam¹⁵ infregit vulpi iam gravem, ut semiviva¹⁶ prosterneretur in terra; ipse vero in urbem se recepit tradiditque se vivario.¹⁷

Qui servituti iam assuevit,¹⁸ terrent eum et minae¹⁹ minimae.

Convertit Stephanus Weisz
disc. IV. cl.

¹⁰ mind elfogyott ¹¹ nem tesz semmit ¹² le fogjuk vágni ¹³ jól fogjuk lakatni ¹⁴ csiripelni és repesni ¹⁵ olyan erős pofont adott ¹⁶ félholtan terültel ¹⁷ az állatkertnek ¹⁸ hozzászokott a szolgáshoz ¹⁹ a legcsekélyebb fenyegetések is.

EX AUCTORIBUS ROMANIS

Dura hiems Tomis.*

(Ex Ovidii Tristium III. 10. excerpta)

Nix iacet, et iactam¹ nec sol pluviaeve resolvunt,

Indurat² boreas perpetuamque facit.

Ergo ubi delicit³ nondum prior, altera venit,

Et solet in multis bima⁴ manere locis...

Pellibus et sutis⁵ arcent mala frigora braxis,⁵

Oraque de toto corpore sola patent.

Saepe sonant⁶ moti glacie pendente capilli,⁷

Et nitet inducto⁸ candida barba gelu⁸...

Quid loquar, ut vincti⁹ concrecant frigore⁹ rivi,

Deque lacu fragiles¹⁰ effodiantur aquae?

Ipse, papyrifero¹¹ qui non angustior amne¹¹

Miscetur¹² vasto multa per ora freto,¹²

Caeruleos¹³ ventis latices¹³ durantibus, Hister

Congelat¹⁴ et tectis¹⁵ in mare serpit aquis...

* Kemény tél Tomiban 1 a fekvő havat 2 megkeményíti az északi szél és tartóssá teszi 3 mikor még meg sem olvadt az előbbi 4 két évesnek is meg szokott maradni 5 varrott nadrágokkal 6 zörögnek 7 megrázott jeges hajcsomóik 8 zuzmarától bevonva fehérlik 9 a hidegtől megkötve megmerevednek 10 törhető 11 a papirustermő folyónál t. i. a Nilusnál nem keskenyebb 12 ömlik a tengerbe 13 kék vizeit megdermesztő szelektől 14 befagy a Duna 15 jégfödté vízzel vonszolódik a tengerbe.

EX ARCHIVO LATINO HUNGARORUM

De Bela quarto.

(Caput 18. Codicis Cornidesiani, e Ducum et Regum Hungariae Genealogia¹ Triplici.)

(17.)...rex Andreas...migravit² ad Dominum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo quinto. Cuius corpus Waradini quiescit ad pedes sancti Ladislai.


18. Successit³ Bela quartus, filius Andreae secundi, qui regnavit annis triginta tribus. Obiit⁴ autem piissimus rex Bela anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo, quinto Nonas Maii feria⁵ sexta⁵ in festo Inventionis

1 leszármazási kimutatása 2 elköltözött az Úrhoz, meghalt 3 utána következett 4 elhunyt 5 szombaton.

sanctae Crucis, in insula⁶ Budensi. Et sepul-
tum est corpus eius Strigonii⁷ in ecclesia⁸
beatae Mariae. Cum consorte⁹ sua nomine
Maria, filia imperatoris Graeci, et duce Bela
filio suo carissimo requiescit, ubi hi versus
continentur:

Aspice¹⁰ rem *charam*,
tres cingunt¹¹ Virginis *aram*:
Rex, dux,¹² *regina*,
quibus adsint gaudia *trina*.
Dum *licuit*,¹³ tua dum *viguit*,¹⁴
rex Bela, *potestas*:
Fraus *latuit*,¹⁵ pax firma *fuit*,
regnavit *honestas*.

⁶ a mai Szent Margit-szigeten ⁷ Esztergomban
⁸ templomában ⁹ feleségével ¹⁰ nézd, mily kedves
dolog ¹¹ hárman (övezik) veszik körül ¹² a her-
ceg, királyfi ¹³ t. i. míg életben voltál ¹⁴ míg érvé-
nyesült ¹⁵ meghúzódott a családság.



LECTARIUS MINIMIS.

Tres socii nobiles.*

Pater ad filium: Carole, eamus ad nun-
dinas!¹

Carolus: Non habemus pecuniam. Quid
in nundinis sine pecunia faciemus?

Pater: Vendemus asinum. Pretio asini
deinde ememus, quae nobis sunt neces-
saria.²

Carolus: Bene est. Eamus, vendamus,
emamus!

Sicuti consuluerunt,³ ita faciunt. Ineunt⁴
viam. Filius asino⁵ vehitur; pater per pedes⁶
eos sequitur.

Post breve tempus obuius⁷ fit eis viator
quidam. Hic aspicit filium et hisce verbis
incipit eum corripere:⁸ Quis es tu, puer
insolens?⁹ Quis te hos mores docuit? Etiam
si hic vir spectabilis¹⁰ non esset tibi pater,
est tamen maior natu. Debes¹¹ ei tantam
reverentiam, ut asinum ei concedas.¹²

Erubuit¹³ Carolus. Descendit de asino.

Insedit pater. Filius nunc per pedes iuxta
patrem incedit.¹⁴

Mox autem obviam¹⁵ venit eis etiam alter
viator. Iste aspicit patrem et ait: Quid agis,
homo? Non te pudet,¹⁶ quod agis? Tu, vir
robustus, sedes in dorso asini; filium vero
tenerum¹⁷ cogis¹⁸ per pedes currere.

Pater non spreuit¹⁹ admonitionem. Statim
etiam filium post se in dorso asini iussit²⁰
insidere.

Consternatus²¹ et ira incensus tertius viator
eos increpat:²² Proh, pudor!²³ Tantam
molem duorum corporum in dorso unius
aselli miserrimi! Certe²⁴ fustem, quo vos
decutiam!

Descendunt ambo de asino. Comitantur
eum ambo per pedes, pater a dextris, filius
a sinistris. Hanc enim variationem²⁵ adhuc
nondum experti²⁶ erant.

Sed ecce quartus, qui nunc obuius venit
viator, iam procul eos irridens²⁷ ait: Nobiles
tres estis socii! Non satis est duos modo
per pedes ire? Non praestat²⁸ unum vestrum
vehi?...

Consistunt tres, novumque ineunt con-
siliium. Quid denique faciant? Quid vult
iste viator? Duo tantum per pedes eant?
Tertius vehatur?²⁹ Quis sit ille tertius?
Vehebatur iam singulus filius: correptus
est. Vehebatur solus pater: displicuit.³⁰

Non aliter³¹ se res habet: *vehendus*³² iam est
ipse asinus!

Hoc faciunt. Pater colligat³³ assino pedes
posticos,³⁴ filius pedes priores. Transmittunt³⁵
inter colligatos pedes palum,³⁶ asinumque
sic sublatum³⁷ humeris portant ad nundinas.

* Három derék cimbora. ¹ a vásárra ² amik
nekünk szükségesek ³ amint megtanakodták ⁴ útra
kelnek ⁵ szamaragol ⁶ gyalog ⁷ szembekerül velük
egy utas ⁸ kezdi őt feddeni ⁹ illetlen fiú ¹⁰ derék
¹¹ tartozol iránta annyi tisztelettel, ¹² hogy átengedd
¹³ elpirult ¹⁴ az apja mellett halad ¹⁵ szembejön
¹⁶ nem szégyelled ¹⁷ fiatal gyenge ¹⁸ kényszerítet
¹⁹ nem vetette meg az intelmet ²⁰ maga mögé ültette
²¹ megbotránkozva és haragra lobbánva ²² förmed
rájuk ²³ szégyen és gyalázat! ²⁴ ide egy dorongot,
amellyel leverjelek ²⁵ ezt a változatot ²⁶ még nem
próbálták ki ²⁷ gúnyolva őket ²⁸ nem jobb volna,
ha egyiktek lovagolna ²⁹ nyargaljon ³⁰ nem tetszett,
szemet szűrt ³¹ nincs másképen a dolog ³² a
szamarat kell vinni. ³³ összeköti ³⁴ a hátulsó ³⁵ ke-
resztüldügnak ³⁶ egy karót ³⁷ vállaikra emelve.

Ast ubi per pontem fluvii incedunt cum vivo onere, tollit turba cachinnum³⁸ intolerabilem. Exacerbatus³⁹ homo detrudit asinum de ponte in fluvium refugitque domum cum filio.

Sic est! Qui cuique irrisori satis⁴⁰ vult facere, sibimet ipsi facit detrimentum.

³⁸ elviselhetetlen kacagást csap ³⁹ az elkeseredett
⁴⁰ aki minden gúnyolódónak eleget akar tenni, önmagának csinál kárt.

EX DIURNIS

Dura hiems. Attulit mensis Februarius tam duram hiemem, qualem nonnisi quinquagesimo abhinc¹ viderint anno illi nostrum, qui nunc iam senes sunt. Meminimus nonnulli hieme vergente ex 1878-mo in 1879-mum hydrargyrum² thermometri sub puncto gelus³ usque ad 31-mum Celsii descendisse gradum, atque non solum minores passeret⁴ sed etiam rubustiores cornices⁵ corvosque noctis frigore exanimatos⁶ de ramis arborum decidisse in terram. Descendit thermometrum horna⁷ hieme usque ad gradum 35-tum, legimusque nuncios e comitatu Soproniensi ibi in praedio quodam sub dumo⁸ totam familiam caprearum⁹ frigore oppressam geluque rigidam¹⁰ repertam esse. Operuerunt terram nives altae, crassaque¹¹ glacie obductus est non solum lacus Balaton, sed etiam flumen Danuvius. Nives altae multa impedimenta faciebant etiam vecturis¹² per vias ferratas.

Propter frigora intolerabilia in oppidis nonnunquam etiam fora¹³ mercatoribus vacua manebant. Attulerunt frigora hominibus morbos quoque quam plurimos, quorum maxime perniciosa erat sic dicta influenza, sive pituita¹⁴ Hispanensis.

Budapesti pauperibus frigore fameque obrutis¹⁵ subvenit¹⁶ Serenissima Coniunx Gubernatoris, cuius cura¹⁷ quattuor milia pauperum singulis centenariis¹⁸ carbonum et per mensem quotidie gratis data coena sunt sublevati.¹⁹

Concordatum Sanctae Apostolicae Sedis cum Regno Italiae. Ex diversis, quae tum temporis per Italiam existebant, civitatibus constituta est anno 1870-mo sub imperio regis Victoris Emanuelis *Italia Unita*. Ingremiavit²⁰ illa constitutio novo regno unito etiam Patrimonium Sancti Petri, id est Statum Ecclesiasticum. Tolerabant ab illo tempore, qui Ecclesiae praeerant, Pontifices²¹ Romani illam iniuriam: at assenserunt ei nunquam, sed captivos se gerebant in Vaticano. Nunc demum auctore duce Mussolinio regnum Italiae cum Sancta Apostolica Sede rediit in gratiam.²² Concordatum 11-mo Februarii ictum constat e 43 paragraphis, quibus territoria iuraque vicissim²³ affirmantur.

¹ ezelőtt ² a hőmérő higánya ³ a fagypont alatt
⁴ verebek ⁵ varjúk és hollók ⁶ kimúlva ⁷ az idei télen
⁸ egy bokor alatt ⁹ egy egész őzcsalád ¹⁰ megmerevedve
¹¹ vastag ¹² a vasúti közlekedésnek ¹³ a piacok
¹⁴ spanyolnátha ¹⁵ sanyargatott ¹⁶ segítségükre jött
¹⁷ gondoskodása folytán ¹⁸ egy-egy mázsa szénnel
¹⁹ segélyeztettek ²⁰ bekebelezte
²¹ a római pápák ²² kibékült ²³ kölcsönösen.



Ebrius¹ de documento ebrietatis.

Tiro² ad setarium³ domum revertentem: «Dicas, quaeso, ex qua re noscatur ebrius?»

Setarius explicare incipit: «Attende,⁴ puer! Ecce in illo angulo⁵ stant duo viri. Si quis ibi quattuor viros videt, ille est ebrius».


Tiro: «Vae tibi! In angulo unus modo stat homo: si tu ibi duos vides, abi statim ambulatum, donec nonnisi unum videris; hera⁶ enim nunc ipsum⁷ scopas⁸ tibi promisit, si ebrius domum veneris».

(Convertit Georg. Hofmann.)

¹ a részeg a részegség ismertetőjeléről ² inas
³ kefekötő ⁴ figyelj ⁵ azon a sarkon ⁶ az asszonyunk
⁷ éppen most ⁸ seprűt.

A E N I G M A T A .

I.



II.

(Georg. Weisz)

Nul	po	sa	mus
lus	om	lo	de
pa	la	sci	nes
	bel	cem	

III.

(Albertus mo ti Porkoláb)

	es	quis	so	de	
Quo	o	or	se	en	or
	sa	let	sti	est	
		e	pi		

Ad saltum

equulei

IV.

(Joan. Vathy)

Can	trux	i	mi
ras	ho	di	de
da	cet	nes	ra
	fe	pax	

V.

(ab Helena Vadasdy et Prisca Katona)

- 24, 25, 26, 5, 9, 4 = aquila non captat.....
 6, 7, 13, 15, 18 = est inter heri et cras
 1, 2, 24, 12, 3 =est omen
 19, 20, 10, 21 = hieme brevis est
 14, 23, 16, 9 = etiam haec brevis est
 8, 17, 22 = potio salubris
 11 = eadem, quae 4

1-26 = proverbium notissimum.

VI. Eadem syllaba:

1. cum *f* reduplicata = remanet in cribro¹
 pollincita² farina³;
 2. cum *m* reduplicata = sonus est terribilis;
 3. cum *t* reduplicata = avis querule³ gemens.
 Quae est ista syllaba? Quae sunt illa tria
 vocabula?

¹ a szitában ² a liszt kiszitálása után ³ panaszosan
 zokogó.

VII.

Supple vocabula subserta desideratis litteris
 initialibus; reddent tibi nomen poetae Romani:
 —pus, —is, —ra, —onum, —ter, —mbra, —oror.

(Ladislau Békefi.)

VIII. Quid hoc?

Nec est foris, nec est intus;
 Typus primus *l*, *n* quintus.

(A Ladislao Békefi.)



Pr. Katona et Hel. Vadasdy: Alterum prodibit
 in No. proximo. — Alb. Porkoláb: Et alterum
 prodibit. — Lad. Békefi: Primum tuorum aeni-
 gmatum paulisper commutatum revides; nam uti
 tu composueras, potuit esse et ianua, vel et
 fenestra. — Nic. Rosenberg: Tuum quoque pro-
 dibit. — Plurimis: Etiam e salse dictis prodibunt
 selecta.

Constructor ephemeridis: JOSEPHUS IRSIK.

Budapest, I., Lipótmezei-út 6.

ad quem litterae quaecunq; mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-
 scholarium Catholicorum. — A Katholikus
 Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)